OFICIUM

SSMI. SALVATORIS

DÑI. NTRI. JESU-CHRISTI.

CELEBRATUR AB OMNI STATU ECCLESIASTICO

UTRIUSQUE SEXUS, QUI BREVIARIO ROM.

UTUNTUR,

DIE VI AUGUSTI,


IN FESTO TRANSFIGURATIONIS EJUSDEM DÑI.

NTRI. JESU-CHISTI.

DUPLEX MAJUS.

CUM PRIVILEGIO:

Mexici ex Typographia D. Alexandri Valdés, in via Sancti Dominici.





AD VESPERAS.

Dicto Pater noster, &c. Ave Maria, . *secrétò: dicitur clara voce.*

Deus in adjutórium meum inténde.
Dómine ad adjuvándum me festîna.
Glória Patri & Fílio, & Spirítui Sancto.
Sicut era in princípio, & nunc, & nper, & in sæcula sæculôrum, Amen.
elúia.

Antíphona. Assúmpsit Jesus Petrum, Jacôbum, & Joánnem fratrem ejus, duxit eos in montem excélsum seór- n, & transfigurâtus est ante eos.

PSALMUS 109.

Dixit Dóminus Dómino meo: * Sede lextris meis:

Donec ponam inimícos tuos, * scabé- n pedum tuôrum.

Virgam virtûtis tuæ emíttet Dóminus Sion: * dominâre in médio inimi- um tuôrum.

Tecum princípium in die virtûtis tuæ

in splendóribus sanctôrum: * ex úter
ante lucíferum génui te.

Jurâvit Dóminus, & non pœnitêbi
eum: * Tu es sacérdos in ætérnum se
cúndùm órdinem Melchísedech.

Dóminus á dextris tuis: * confrêgi
in die iræ suæ reges.

Jubicâbit in natiónibus, implêbit ruí-
nas: * conquassâbit cápita in terra mul
tôrum.

De torrénte in via bibet: * proptéreà
exaltâbit caput.

Glória Patri, & Fílio, &c.

Antíphona. Assúmpsit Jesus Petrum,
& Jacôbum, & Joánnem fratrem ejus,
& duxit eos in montem excélsum, seór-
sum, & transfigurâtus est ante eos.

Antíphona. Resplénduit facies ejus si-
cut sol, vestiménta autem ejus facta sunt
alba sicut nix, allelúia.

PSALMUS 110.

Confitêbor tibi Dómine in toto cor-
de meo: * in consílio justôrum, & con-
gregatiône.

Magna ópera Dómini: * exquisíta in
mnes voluntátes ejus.
Conféssio & magnificéntia opus ejus:
& justítia ejus manet in sæculum
eculi.
Memóriam fecit mirabílium suôrum,
iséricors & miserâtor Dóminus: * es-
m dedit timéntibus se.
Memor erit in sæculum testaménti sui:
virtútem óperum suôrum annuntiâbit
ópulo suo.
Ut det illis hereditâtem Géntium: *
pera mánuum ejus véritas, & judícium.
Fidélia ómnia mandâta ejus: confirmâ-
in sæculum sæculi, * facta in veritâ-
& æquitâte.
Redemptiônem misit pópulo suo: *
andâvit in ætérnum testaméntum suum.
Sanctum, & terribile nomen ejus: *
ítium sapiéntiæ timor Dómini.
Intelléctus bonus ómnibus faciéntibus
m: * laudátio ejus manet in sæculum
eculi.
Glória Patri, & Fílio, &c.
Antíphona. Resplénduit facies ejus si-
it sol, vestiménta autem ejus facta sunt
ba sicut nix, allelúia.

Antíphona. Et ecce apparuérunt e
Móyses & Elías, loquéntes cum Jesu.

PSALMUS III.

Beâtus vir, qui timet Dóminum:
in mandátis ejus volet nimis.

Potens in terra erit semen ejus: * g
nerátio rectôrum benedicêtur.

Glória, & divítiæ in domo ejus: *
justítia ejus manet in sæculum sæculi.

Exórtum est in ténebris lumen recti
* miséricors, & miserâtor, & justus.

Jucúndus homo qui miserêtur & cóm
modat, dispônet sermónes suos in jud
cio: * quia in ætérnum non commove
bitur.

In memoria ætérna erit justus: * a
auditiône mala non timêbit.

Parâtum cor ejus sperâre in Dómino
confirmâtum est cor ejus: * non com
movébitur donec despíciat inimícos suo

Dispérsit, dedit paupéribus: justítia eju
manet in sæculum sæculi: * cornu eju
exaltábitur in glória.

Peccâtor vidêbit, & irascêtur, déntibu

nis fremet, & tabéscet: * desidérium eccatôrum períbit.

Glória Patri, & Fílio, &c.

Antíphona. Et ecce apparuérunt eis Móyses & Elias, loquéntes cum Jesu.

Antíphona. Respóndens autem Petrus ixit ad Jesum: Dómine, bonum est nos ic esse.

PSALMUS 112.

Laudâte púeri Dóminum: * laudâte omen Dómini.

Sit nomen Dómini benedíctum, * ex oc nunc, & usque in sæculum.

A solis ortu usque ad occâsum, * laudábile nomen Dómini.

Excélsus super omnes gentes Dóminus, & super cælos glória ejus.

Quis sicut Dóminus Deus noster, qui altis hábitat, * & humília réspicit in elo & in terra?

Súscitans à terra ínopem, * & de stérore érigens páuperem.

Ut cóllocet eum cum princípibus, * um princípibus pópuli sui.

Qui habitâre facit stérilem in domo
* matrem filiôrum lætántem.

Glória Patri, & Fílio, &c.

Antíphona. Respóndens autem Petru
dixit ad Jesum: Dómine, bonum es
nos hîc esse.

Antíphona. Adhuc eo loquénte, ecc
nubes lúcida obumbrâvit eos.

PSALMUS. 116.

Laudâte Dóminum omnes Gentes:
laudâte eum omnes pópuli.

Quóniam confirmâta est super nos mi
sericórdia ejus: * & véritas Dómini ma
net in ætérnum.

Glória Patri, & Fílio, &c.

Antíphona. Adhuc eo loquénte, ecc
nubes lúcida obumbrâvit. eos.

CAPITULUM. *Philip. 3 d.*

Salvatôrem expectâmus Dóminum nos
trum, Jesum Christum, qui reformâbi
corpus humilitâtis nostræ, configurâtu
córpori claritâtis suæ. ℟. Deo gratias.

HYMNUS.

Quicúmque Christum quæritis,
Oculos in altum tóllite:
Illic licêbit vísere
Signum perénnis glóriæ.
Illústre quiddam cérnimus,
Quod nésciat finem pati,
Sublîme, celsum, intérminum,
Antíquius cælo & chao.
Hic ille Rex est Géntium,
Populîque Rex Judáici,
Promíssus Abrahæ patri,
Ejúsque in ævum sémini.
Hunc & Prophétis téstibus,
Jisdémque signatóribus,
Testâtor & Pater jubet
Audîre nos & crédere.
Jesu, tibi sit glória,
Qui te revélas párvulis,
Cum Patre, & almo Spíritu,
In sempitérna sæcula. Amen.

Sic terminantur Hymni per omnes Horas.

℣. Gloriôsus apparuísti in conspéctu Dómini. ℟. Proptéreà decôrem índuit te Dóminus.

AD MAGNIFICAT, ANTIPHONA.

Christus Jesus splendor Patris, & figûra substántiæ ejus, portans ómnia verbo virtûtis suæ, purgatiônem peccatôrum faciens, in monte excélso gloriôsus apparêre hódie dignâtus est.

CANTICUM B. MARIÆ VIRGINIS

LUCÆ I.

Magníficat * ánima mea Dóminum
Et exultâvit spíritus meus * in Deo salutári meo.

Quia respéxit humilitâtem ancíllæ suæ * ecce enim ex hoc beâtam me dicent omnes generatiónes.

Quia fecit mihi magna qui potens est: * et sanctum nomen ejus.

Et misericórdia ejus á progénie in progénies * timéntibus eum.

Fecit poténtiam in bráchio suo: * dispérsit supérbos mente cordis sui.

Depósuit poténtes de sede: * & exaltâvit húmiles.

Esuriéntes implêvit bonis: * & dívites dimîsit inánes.

Suscêpit Israël púerum suum, * recordâtus misericórdiæ suæ.

Sicut locûtus est ad patres nostros, * Abraham, & sémini ejus in sæcula.

Glória Patri, & Fílio, &c.

Antíphona. Christus Jesus splendor Patris, & figûra substántiæ ejus, portans ómnia verbo virtûtis suæ, purgatiônem peccatôrum faciens, in monte excélso gloriôsus apparêre hódie dignâtus est.

ORATIO.

Deus, qui fidei sacraménta, in unigéniti tui gloriósa Transfiguratiône, patrum testimónio roborásti, & adoptiônem filiôrum perféctam, voce delápsa in nube lúcida, mirabíliter præsignásti: concêde propítius; ut ipsius Regis glóriæ nos coherédes efficias, & ejúsdem glóriæ tríbuas esse consórtes. Per eúmdem Dóminum nostrum Jesum Chrístum filium tuum &c.

Pro commemoratione S. Mariæ ad Nives.

Antíphona. Beâtam me dicent omnes generatiónes, quia ancíllam húmilem respéxit Deus.

℣. Dignâre me laudâre te, Virgo sacrâta.

℟. Da mihi virtûtem contra hoste[s] tuos.

ORATIO.

Concêde nos famulos tuos, quæsumus Dómine Deus, perpetua mentis & corporis sanitate gaudere: & gloriosa beatæ Mariæ semper virginis intercessione, à præsenti liberari tristitia, & æterna perfui lætitia.

Deinde fit commem. SS. Xysti Felicissimi, & Agapiti martyrum

Antíphona. Istôrum est enim regnum cælôrum, qui contempsérunt vitam mundi, & pervenérunt ad præmia regni, & lavérunt stolas suas in sánguine Agni.

℣. Lætámini in Dómino, & exultâte justi. ℟. Et gloriámini omnes recti corde.

ORATIO.

Deus, qui nos concêdis sanctôrum mártyrum tuórum Xysti, Felicíssimi, & Agapíti natalítia cólere: da nobis in ætérna beatitúdine de eôrum societâte gaudêre.

r Dóminum nostrum Jesum Christum
ium tuum, qui tecum vivit et regnat &c.
℣. Dominus voviscum &c.
℣. Benedicamus Dño.
℟. Deo gracias. Et fidelium animæ &c.

AD COMPLETORIUM.

Lector íncipit. Jube domne benedícere.
Benedíctio. Noctem quiêtam, & finem
erféctum concêdat nobis Dóminus om-
ípotens. ℟. Amen.

ECTIO BREVIS. *1. Petr. 5. c*

Fratres, Sóbrii estôte, & vigilâte: quia
dversárius vester diábolus tamquam leo
ígiens círcuit, quærens quem dévoret;
ui resístite fortes in fide. Tu autem
Dómine, miserêre nobis.
℟. Deo grátias.
℣. Adjutórium nostrum in nómine
Dómini. ℟. Qui fecit cælum & terram.
aternoster, &c. *dícitur totum secrétò.*

DEÍNDÉ HEBDOMADÁRIUS FACIT CONFESSIÔNEM.

Confíteor Deo omnipoténti, beát Maríæ semper vírgini, beáto Michaê Archángelo, beáto Joánni Baptístæ, sanc tis Apóstolis Petro & Paulo, ómnibu Sanctis & vobis fratres, quia peccávi ni mis cogitatiône, verbo & ópere: mea culpa, mea culpa, mea máxima culpa Ideò precor beâtam Marîam semper vírginem, beâtum Michaêlem Archángelum, beâtum Joánnem Baptístam, sanctos Apóstolos Petrum & Paulum, omnes Sanctos, & vos fratres, orâre pro me ad Dóminum Deum nostrum.

CHORUS RESPÓNDET.

Misereâtur tui omnípotens Deus, & dimíssis peccátis tuis, perdûcat te ad vitam ætérnam. ℟. Amen.

Deíndè répetit Confessiônem: & ubi dícitur vobis fratres, & vos fratres, *dicâtur* tibi pater, & te pater.

ACTA CONFESSIÔNE Á CHORO HEBDOMADÁRIUS DICIT:

Misereâtur vestri omnípotens Deus, dimíssis peccátis vestris, perdûcat vos vitam ætérnam. ℟. Amen.

ndulgéntiam, absolutiônem, & remisônem peccatôrum nostrôrum tríbuat nos omnípotens & miséricors Dóminus. ℟. Amen.

ET FACTA ABSOLUTIÔNE DÍCITUR ℣.

Convérte nos Deus salutáris noster.
℟. Et avérte iram tuam á nobis.
℣. Deus in adjutórium meum inténde.
℟. Dómine ad adjuvándum me festína.
Glória Patri. Sicut erat. Allelúia.
Antíphona. Miserêre.

PSALMUS 4.

Cum invocârem exaudîvit me Deus

justítiæ meæ, * in tribulatiône dilatá
mihi.

Miserêre mei, * & exáudi oratiône
meam.

Fílii hóminum úsquequò gravi cord
* ut quid dilígitis vanitâtem, & quæri
mendácium?

Et scitôte quóniam mirificâvit D
minus sanctum suum: * Dóminus exá
diet me, cùm clamávero ad eum.

Irascímini, & nolîte peccâte: * qu
dícitis in córdibus vestris, in cubílib
vestris compungímini.

Sacrificáte sacrifícium justítiæ & sp
ráte in Dómino: * Multi dicunt: Qu
osténdit nobis bona?

Signâtum est super nos lumen vult
tui Dómine: * dedísti lætítiam in co
de meo.

A fructu fruménti, vini & ólei su
multiplicáti sunt.

In pace in idípsum * dórmiam,
requiéscam;

Quóniam tu Dómine singuláriter
spe * constituísti me.

Glória Patri, & Fílio, &c,

PSALMUS 30.

In te Dómine sperávi non confúndar
in ætérnum: * in justítia tua líbera me.
Inclína ad me aurem tuam, * accélera
ut éruas me.
Esto mihi in Deum protectôrem: &
in domum refúgii, * ut salvum me
fácias.
Quóniam fortitûdo mea, & refúgium
meum es tu: * & propter nomen tuum
dedúces me, & enútries me.
Edúces me de láqueo hoc, quem abscondérunt mihi: * quóniam tu es protector meus.
In manus tuas comméndo spíritum
meum: * redemísti me Dómine Deus
veritâtis.
Glória Patri, & Fílio, &c.

PSALMUS 90.

Qui hábitat in adjutório Altíssimi,
* in protectiône Dei cæli commorabitur.

Dicet Dómino: Suscéptor meus es tu & refúgium meum: * Deus meus spe râbo in eum.

Quóniam ipse liberâvit me de láque venántium, * & à verbo áspero.

Scápulis suis abumbrâbit tibi: * & su pennis ejus sperâbis.

Scuto circúmdabit te véritas ejus: * no timêbis à timôre noctúrno.

A ságitta volánte in die, à negóti perambulánte in ténebris: * ab incúrsu & dæmónio meridiáno.

Cadent à látere tuo mille, & decen míllia à dextris tuis: * ad te autem no appropinquâbit.

Verúmtamen óculis tuis considerâbi * & retributiônem peccatôrum vidêbi

Quóniam tu es Dómine spes mea: altíssimum posuísti refúgium tuum.

Non accêdet ad te malum: * & fla géllum non appropinquâbit tabernácul tuo.

Quóniam Angelis suis mandâbit de t * ut custódiant te in ómnibus viis tui

In mánibus portábunt te: * ne fort offéndas ad lápidem pedem tuum.

Super áspidem & basilíscum ambul

s: * & conculcâbis leônem & dracônem.
Quóniam in me sperâvit, liberâbo
m: * prótegam eum quóniam cognó-
: nomen meum.
Clamâbit ad me, & ego exáudiam eum:
cum ipso sum in tribulatiône: erípiam
m, & glorificâbo eum.
Longitúdine diêrum replêbo eum: *
ostendam illi salutâre meum.
Glória Patri & Fílio, &c.

PSALMUS 133.

Ecce nunc benedícite Dóminum, *
nnes servi Dómini.
Qui statis in domo Dómini, * in átriis
mus Dei nostri.
In nóctibus extóllite manus vestras in
ncta, * & benedícite Dóminum.
Benedîcat te Dóminus ex Sion, * qui
cit cælum & terram.
Glória Patri, & Fílio, &c.
Antíphona. Miserêre mihi Dómine, &
áudi oratiônem meam.

*

HYMNUS.

Te lucis ante términum
Rerum Creâtor póscimus;
Ut pro tua cleméntia
Sis præsul & custódia.
Procul recédant sómnia,
Et nóctium phantásmata;
Hostémque nostrum cómprime,
Ne polluántur córpora.
Jesu, tibi sit glória,
Qui te revélas párvulis,
Cum Patre, & almo Spíritu,
In sempitérna sæcula.
Amen.

CAPÍLULUM. *Jer. 14. b*

Tu autem in nobis es Dómine, & nomen sanctum tuum invocâtum est su per nos, ne derelínquas nos Dómin Deus noster. ℟. Deo grátias.

℟. *br.* In manus tuas Dómine, * Con méndo spíritum meum. In manus tua

℣. Redemísti nos Dómine Deus ve ritâtis. Commendo. Glória Patri. In ma nus tuas.

℣. Custódi nos Dómine, ùt pupíllam
uli. ℟. Sub umbra alârum tuârum
ótege nos.
Antíphona. Salva nos.

CÁNTICUM SIMEÔNIS.
Lucæ 2. *e*

Nunc dimíttis servum tuum, Dómi-
, * secúndùm verbum tuum in pace:
Quia vidérunt óculi mei * salutâre
um,
Quod parásti ante fáciem ómnium po-
ılôrum.
Lumen ad revelatiônem géntium, *
glóriam plebis tuæ Israël.
Glória Patri, & Fílio.
Antíphona. Salva nos, Dómine, vigilán-
s, custódi nos dormiéntes, ùt vigilêmus
ım Christo, & requiescâmus in pace.
℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum
ìritu tuo.

OREMUS. ORATIO.

Visita quæsumus Dómine, habitatiô-
ıem istam, & omnes insídias inimíci ab

ea longè repélle: Angeli tui sancti hâ
bitent in ea, qui nos in pace custódiant
& benedictio tua sit super nos semper.
Per Dóminum nostrum.

℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum
spíritu tuo. ℣. Benedicâmus Dómino. ℟.
Deo grátias.

Benedíctio. Benedîcat, & custódiat no
omnípotens & misé́ricors Dóminus, Pater
& Filius, & Spíritus sanctus.

℟, Amen.

ANTIPHONA.

Salve Regina, mater misericórdiæ, vit
dulcêdo, & spes nostra salve. Ad te cl
mâmus éxules, fílii Hevæ. Ad te susp
rámus, geméntes, & flentes in hac lacr
mârum valle. Eja ergo advocáta nostr
illos tuos misericórdes óculos ad nos co
vérte. Et Jesum benedíctum fructum ve
tris tui, nobis post hoc exílium osténd
O clemens! ô pia! ô dulcis virgo Marîa

℣. Ora pro nobis sancta Dei génitri

℟. Ut digni efficiâmur promissiónib
Chisti.

ORATIO,

Omnípotens sempitérne Deus, qui glo-
rïosæ Virginis matris Maríæ corpus &
ánimam, ut dignum Fílii tui habitacu-
lum éffici mererêtur, Spíritu sancto coope-
rante præparásti: da, ut cujus commemo-
ratiône lætâmur, ejus pia intercessiône
ab instántibus malis, & à morte perpé-
tua liberêmur. Per eúmdem Christum
Dóminum nostrum.

℟. Amen.

℣. Divînum auxílium máneat semper
nobíscum. ℟. Amen.

Deíndè dícitur secrétò Pater noster,
Ave Marîa, & Credo.

AD MATUTINUM.

Dîcto Pater noster, Ave Marîa. & Cre-
do *secrétò, dicitur:*

℣. Dómine lábia mea apéries.

℟. Et os meum annuntiâbit laudem
tuam.

℣. Deus in adjutórium meum in-
tende.

℟. Dómine ad adjuvándum me f
tîna.

℣. Glória Patri, & Fílio & Spirít
sancto.

℟. Sicut erat in princípio, & nun
& semper, & in sæcula sæculôrum, Ame
Allelúia.

Invitatórium. Summum Regem glóriæ,
Christum adorêmus. *Et repétitur.* Sun
mum Regem gloriæ, * Christum adorêmu

PSALMUS 94

Venîte, exultêmus Dómino, jubilêm
Deo salutári nostro: præoccupêmus fácie
ejus in confessiône, & in psalmis jub
lêmus ei.

Summum Regem glóriæ, * Cristum ad
rêmus.

Quóniam Deus magnus Dóminus,
Rex magnus super omnes deos: quónia
non repéllet Dóminus plebem suam, qu
in manu ejus sunt omnes fines terræ,
altitúdines móntium ipse cónspicit.

Christum adorêmus.

Quóniam ipsîus est mare, & ipse fe-
illud, & áridam fundavérunt manus
us: venîte, adorêmus, & procidâmus
te Deum: plorêmus coram Dómino,
ui fecit nos, quia ipse est Dóminus
eus noster: nos autem pópulus ejus, &
es páscuæ ejus.

Summum Regem glória, * Christum ado-
mus.

Hódiè, si vocem ejus audiéritis, nolî-
obdurâre corda vestra, sicut in exa-
rbatiône secúndùm diem tentatiônis in
esérto: ubi tentavérunt me patres ves-
i, probavérunt, & vidérunt ópera mea.

Christum adorêmus.

Quadragínta annis próximus fui gene-
atiôni huic, & dixi: Semper hi errant
orde; ipsi verò non cognovérunt vias
neas, quibus jurávi in ira mea, si in-
roíbunt in réquiem meam.

Summum Regem gloriæ, * Christum ado-
êmus.

Glória Patri, & Fílio, & Spirítui
ancto: Sicut erat in princípio, & nunc,
& semper, & in sæcula sæculôrum. Amen.

Christum adorêmus.

Summum Regem gloriæ, * Christum adorêmus.

HYMNUS.

Quicúmque Christum quæritis,
Oculos in altum tóllite:
Illic licêbit vísere
Signum perénnis glóriæ.
Illústre quiddam cérnimus,
Quod nésciat finem pati,
Sublîme, celsum, intérminum,
Antíquius cælo & chao.
Hic ille Rex est Géntium,
Populîque Rex Judáici,
Promíssus Abrahæ patri,
Ejúsque in ævum sémini.
Hunc & Prophétis téstibus,
Jisdémque signatóribus,
Testâtor & Pater jubet
Audîre nos & crédere.
Jesu, tibi sit glória,
Qui te revélas párvulis,
Cum Patre, & almo Spíritu,
In sempitérna sæcula. Amen.

IN PRIMO NOCTURNO:

Antiphona. Paulò minùs ab Angelis
noratus, glória & honôre coronâtus
& constitûtus super ópera mánuum
i.

PSALMUS, 8.

Domine Dóminus noster, * quàm ad-
rabile est nomen tuum in univérsa
ra!
Quóniam elevâta est magnificéntia tua
super cælos.
Ex ore infantium & lacténtium per-
ísti laudem propter inimícos tuos, *
déstruas inimîcum & ultôrem.
Quóniam vidêbo cælos tuos, ópera di-
tôrum; tuôrum: * lunam & stellas, quæ
fuudásti,
Quid est homo, quòd memor es ejus?
aut filius hominis, quóniam vísitas
m?
Minuísti eum paulò minùs ab Angelis,
lória & honôre coronásti eum: * &
nstituísti eum super ópera mánuum
ârum.

Omnia subjecísti sub pédibus ejus, oves & boves univérsas: insuper & p
cora campi.

Vólucres cæli & pisces maris, * q
perámbulant sémitas maris.

Domine Dóminus noster, * quám a
mirábile est nomen tuum in univé
terra!

Glória Patri, & Fílio, * & Spirítui sanc

Sicut erat in princípio, & nunc, & se
per, * & in sæcula sæculôrum. Amen.

Antíphona. Paulò minùs ab Ange
minorâtus, glória & honôre coronât
est, & constitûtus super ópera mánuu
Dei.

Antíphona. Revelâvit Dóminus co
dénsa, & in templo ejus omnes dice
glóriam.

PSALMUS 28.

Afférte Dómino filij Dei: * affer
Dño filios aríetum.

Afférte Dómino glóriam & honôre
afférte Dómino glóriam nómini ejus:
adorâte Dóminum in átrio sancto ejus

Vox Dómini super aquas, Deus maiest
tis intónuit: * Dóminus super aquas mũlt

ox Dómini in virtûte: * vox Dó-
i in magnificéntia.
Vox Dómini confringéntis cedros: *
confrínget Dóminus cedros Líbani.
Et comminuet eas tamquam vítulum
ani: * & diléctus quemádmodum fi-
unicórnium.
Vox Dómini intercidéntis flammam
is: * Vox Dómini concutiéntis de-
um: & commovêbit Dóminus desér-
n Cades.
Vox Dómini præparántis cervos, &
elâbit condénsa: * & in templo ejus
nes dicent glóriam.
Dóminus dilúvium inhabitâre facit: *
sedêbit Dóminus Rex in ætérnum.
Dóminus virtûtem pópulo suo dabit·
Dóminus benedîcet pópulo suo in
ce.
Glória Patri, & Fílio, &c.
Antíphona. Revelâvit Dóminus con-
nsa, & in templo ejus omnes dicent
óriam.
Autíphona. Speciôsus forma præ filiis
óminum: diffûsa est grátia in lábiis
is.

PSALMUS 44.

Eructâvit cor meum verbum bonu
* dico ego ópera mea Regi.
Lingua mea cálamus scribæ, * velóc
ter scribéntis.
Speciôsus forma præ filiis hóminu
diffûsa est grátia in lábiis tuis: * pro
téreà banedíxit te Deus in ætérnum.
Accíngere gládio tuo super femur tuu
* potentíssime,
Spécie tua & pulchritúdine tua * i
ténde, prósperè procêde, & regna.
Propter veritâtem, & mansuetúdine
& justítiam: * & dedûcet te mirabílit
déxtera tua.
Sagíttæ tuæ acútæ, pópuli sub te caden
* in corda inimicôrum regis.
Sedes tua Deus in sæculum sæculi:
virga directiônis virga regni tui.
Dilexísti justítiam, & odísti iniquit
tem: * proptéreà unxit te Deus, De
tuus óleo lætítiæ præ consórtibus tuis.
Myrrha, & gutta, & cásia à vestimén
tis tuis, à dómibus ebúrneis: * ex qui
bus delectavérunt te filiæ regum in ho
nôre tuo.

stitit regîna à dextris tuis in vestîtu
ráto, * circúmdata varietâte.
udi filia, & vide, & inclína aurem
n: * & oblivíscere pópulum tuum,
lomum patris tui.
t concupíscet Rex decôrem tuum: *
niam ipse est Dóminus Deus tuus,
adorábunt eum.
t filiæ Tyri in munéribus * vultum
n deprecabúntur, omnes dívites plebis.
)mnis glória ejus filiæ Regis ab intus,
n fimbriis áureis circumamícta varie-
bus.
ddducéntur Regi vírgines post eam:
róximæ ejus efferéntur tibi:
fferentur in lætítia & exultatiône: *
ucéntur in templum Regis,
ro pátribus tuis nati sunt tibi filij:
constítues eos príncipes super omnem
ram.
Mémores erunt nóminis tui * in omni
eratiône & generatiônem.
roptéreà pópuli confitebùntur tibi in
rnum: * & in sæculum sæculi.
Glória Patri, & Fílio, &c.
Antíphona. Speciôsus forma præ filijs
inum: Diffûsa est grátia in lábijs tuis.

℣. Gloriôsus apparuísti in conspéc
Dómini.

℟. Proptéreà decôrem índuit te D
minus. Pater noster.

Absolutio. Exáudi, Dómine Jesu Chri
te, preces servôrum tuôrum, & miserê
nobis, qui cum Patre, & Spíritu Sanc
vivis, & regnas in sæcula sæculôrum.

℟. Amen.

℣. Jube domne benedícere.

Benedictio. Benedictiône perpétua b
nedîcat nos Pater æternus, ℟. Amen.

De Epístola secúnda beáti Petri Apo
toli.

LECTIO I. *Cap. I. b*

Fratres magis satágite, ut per bo
ópera certam vestram vocatiônem, & ele
tiônem faciâtis: hæc enim faciéntes, n
peccábitis aliquándo. Sic enim abundá
ter ministrabitur vobis introitus in æte
num regnum Dómini nostri, & Salvat
ris Jesu Chrísti. Propter quod incípia
vos semper commonêre de his: & quide
sciéntes, & confirmátos vos in præsé

ritâte. Justum autem árbitror, quamdiu
n in hoc tabernaculo, suscitâre vos in
nmonitiône: certus quód velox est de-
sítio tabernáculi mei, secúndùm quod
Dóminus noster Jesus Christus signi-
àvit mihi. Tu autem Dómine mi-
êre nobis.
℟. Deo grátias.
℟. Surge, illuminâre Jerúsalem, quia
nit lumen tuum: * Et glória Dómi-
super te orta est.
℣. Et ambulábunt Gentes in lúmine
, & reges in splendôre ortus tui. Et
ria.
℣. Jube domne benedícere,
Benedictio. Unigénitus Dei Fílius nos
nedícere, & adjuvâre dignêtur. ℟. Amen.

LECTIO IJ.

Dabo autem óperam & frequénter ha-
e vos post óbitum meum, ut horum
móriam faciâtis. Non enim doctas fa-
as secúti, notam fécimus vobis Dó-
ni nostri Jesu Christi virtûtem & præ-
tiam: sed speculatóres facti illîus mag-

nitúdinis. Accipiens enim à Deo Patr
honôrem & glóriam, voce delápsa ad eun
hujuscémodi à magnífica glória: Hic es
Fílius meus diléctus, in quo mihi com
plácui. ipsum audîte. Tu autem Dó
mine miserêre nobis.

℟. Deo grátias.

℟. In splendénti nube Spíritus san
ctus visus est, patérna vox audîta est
* Hic est Fílius meus diléctus, in qu
mihi bené complácui, ipsum audîte.

℣. Appáruit nubes obúmbrans, & vo
Patris intónuit. Hic est.

℣. Jube domne benedíce.

Benedict. Spíritus sancti grátia illúmi
net sensus, & corda nostra. ℟. Amen

LECTIO IIJ.

Et hanc vocem nos audívimus de cæ
lo allâtam, cúm essêmus cum ipso in
monte sancto. Et habêmus firmiôren
prophéticum sermônem: cui benè faciti
attendéntes, quasi lucérnæ lucénti in cali
ginóso loco, donec dies elucéscat, & lú
cifer oriâtur in córdibus vestris: hoc pri
múm intelligéntes, quód omnis prophe-

Scriptúræ, própria interpretatiône non
Non enim voluntâte humána allâta
aliquándo prophetîa: sed Spíritu sanc-
nspiráti, locúti sunt sancti Dei hó-
es. Tu autem Dómine miserêre
is.
. Deo grátias.
. Vidête qualem charitâtem dedit
is Deus Pater, * Ut filij Dei nomi-
ur, & simus.
. Scimus quóniam cùm apparúerit,
les ei érimus, quóniam vidébimus
sicuti est. Ut filij. Glória Patri.
filij.

IN SECUNDO NOCTURNO.

ntíphona. Illúminans tu mirabíliter à
tibus ætérnis: turbáti sunt omnes in-
éntes corde.

PSALMUS 75.

otus in Judæa Deus: * in Israël
num nomen ejus.
t factus est in pace locus ejus: * &
tátio ejus in Sion. *

Ibi confrêgit poténtias árcuum, * sc
tum, gládium, & bellum.

Illúminans tu mirabíliter à móntib
ætérnis: * turbáti sunt omnes insipié
tes corde.

Dormiérunt somnum suum: * & nil
invenérunt omnes viri divitiârum in m
nibus suis.

Ab increpatiône tua, Deus Jacob;
dormitavérunt qui ascendérunt equos.

Tu terríbilis es, & quis resistet til
* ex tunc ira tua.

De cælo audîtum fecísti judícium:
terra trémuit & quiêvit:

Cùm exúrgeret in judícium Deus,
ut salvos fáceret omnes mansuétos terr

Quóniam cogitátio hóminis confitéb
tur tibi: * & relíquiæ cogitatiônis die
festum agent tibi.

Vovête, & réddite Dómino Deo ve
tro: * omnes qui in circúitu ejus affé
tis múnera,

Terríbili & ei qui aufert spíritum pri
cipum, * terríbili apud reges terræ.

Glória Patri, & Fílio, &c.

Antíphona. Illúminans tu mirabílite

óntibus ætérnis: turbáti sunt omnes
iéntes corde.
ntíphona. Mélior est dies una in átriis
super míllia.

PSALMUS 83.

Quàm dilécta tabernácula tua Dómi-
ne virtûtum! * concupíscit & dé-
ánima mea in átria Dómini.
or meum & caro mea * exultavé-
in Deum vivum.
enim passer invênit sibi domum: *
rtur nidum sibi, ubi ponat pullos

tária tua Dômine virtûtum: * Rex
& Deus meus.
áti, qui hábitant in domo tua. Dó-
: * in sæcula sæculôrum lauda-
te.
âtus vir, cujus est auxílium abs te:
ensiónes in corde suo dispósuit, in
lacrymârum, in loco quem pósuit.
enim benedictiônem dabit legislâtor,
de virtûte in virtûtem: * vidébi-
Deus deôrum in Sion.
ómine Deus virtûtum exáudi ora-

tiônem meam: * áuribus pércipe D
Jacob.

Protéctor noster áspice Deus: * & r
pice in faciem Christi tui:

Quia mélior est dies una in átriis t
* super míllia.

Elégi abiéctus esse in domo Dei n
* magis quàm habitâre in tabernac
peccatôrum.

Quía misericórdiam & veritâtem díl
Deus: * grátiam & glóriam dabit Dómir

Non privâbit bonis eos qui ámbulan
innocéntia: * Dómine virtûtum, beâ
homo qui sperat in te.

Glória Patri, & Fílio, &c.

Antiphona. Mélior est dies una in át
tuis super míllia.

Antíphona. Gloriôsa dicta sunt de
cívitas Dei.

PSALMUS 86.

Fundaménta ejus in móntibus sanc
* díligit Dóminus portas Sion super ó
nia tabernácula Jacob.
Gloriôsa dicta sunt de te, * cívitas De

Iemor ero Rahab & Babylônis * sciénn me.
Ecce alienígenæ, & Tyrus, & pópulus hiópum, * hi fuérunt illic.
Numquid Sion dicet: Homo, & ho- natus est in ea: * & ipse fundâvit Altíssimus?
Dóminus narrâbit in scriptúris populón, & príncipum: * horum, qui fuét in ea.
Sicut lætántium ómnium * habitátio in te.
Glória Patri, & Fílio, &c.
Antíphona. Gloriôsa dicta sunt de te itas Dei.
℣. Gloria & honôre coronásti eum mine.
℟. Et constituísti eum super ópera nuum tuârum. Pater noster.
Absolútio. Ipsîus píetas, & misericór- nos ádjuvet, qui cum Patre, & Spíri- sancto vivit, & regnat in sæcula sacuum. ℟. Amen.
℣. Jube domne benedícere.
Benedíctio. Deus Pater omnípotens sit bis propítius, & clemens. ℟. Amen.

Sermo sancti Leônis Papæ

Serm. de Transfigurat. ante medum.

LECTIO IV.

Aperit Dóminus coram eléctis tésti
bus glóriam suam, & commûnem illan
cum céteris corporis forman, tanto splen
dôre claríficat, ut & facies ejus solis ful
góri similis, & vestîtus candóri nívium
esset æquâlis In qua transfiguratiône
illud quidem principáliter agebâtur, u
de córdibus discipulôrum crucis scánda
lum tollerêtur: nec conturbâret eôrun
fidem voluntáriæ humílitas passiônis, qui
bus revelâta esset abscónditæ excelléntia
dignitâtis. Sed non minôre providéntia
spes sanctæ Ecclésiæ fundabâtur, ut to-
tum Christi corpus agnósceret, quali esset
commutatiône donándum: ut ejus sibi
honôris consórtium membra promítterent,
qui in cápite præfulsisset. Tu autem
Dómine miserêre nobis.

℟. Deo gratias.

℟. Inebriáti sunt ab ubertâte domus tuæ: * Et torrénte voluptâtis tuæ potásti eos.

. Quóniam apud te est fons vitæ, in lúmine tuo vidébimus lumen. Et énte.

. Jnbe domne benedícere.

enedictio. Christus perpétuæ det nogáudia vitæ. ℟. Amen.

LECTIO V.

Confirmándis veró Apostolis, & ad iem sciéntiam provehéndis, alia quo in illo miráculo accéssit instrúctio. yses enim & Elías, Lex scílicet & phétæ, apparuérunt cum Dómino lontes: ut veríssimé in illa quinque órum præséntia complerêtur quod dic est: In duôbus téstibus stat omne bum. Quid hoc stabílius, quid firs verbo, in cujus prædicatiône vés & novi Testaménti cóncinit tuba, cum Evangélica doctrína, antiquârum testatiônum instruménta concurrunt? stipulántur enim sibi ínvicem utriús foederis páginæ: & quem sub velae mysteriôrum præcedéntia signa proerant, maniféstum, atque perspicuum séntis glóriæ splendor osténdit.

Tu autem Dómine miserêre nobi

℟. Deo grátias.

℟. Præcéptor, bonum est nos hîc ess

* Faciâmus hic tria tabernácula: til
unum; Móysi unum, & Eliæ unum.

℣. Non enim sciêbat quid dícere
Faciâmus hîc tria.

℣. Jube domne benedícere.

Benedictio. Ignem sui amôris accénda
Deus in córdibus nostris. ℟. Amen.

LECTIO VI.

His ergo sacramentôrum revelatiônibu
Petrus Apóstolus incitâtus, mundâna sper
nens, & terrêna fastídiens, in æternôrun
desidérium quodam mentis rapiebâtur ex
céssu: & gáudio totîus visiônis implê
tus, ibi cum Jesu optâbat habitâre, ubi
manifésta ejus glória lætabâtur. Unde &
ait: Dómine, bonum est nos hîc esse:
si vis, faciâmus hic tria tabernácula, ti-
bi unum, Móysi unum, & Elíæ unum.
Sed huic suggestióni Dóminus non res-
póndit: signíficans, non quidem íImpro-
bum, sed inordinâtum esse quod cúperet,
cùm salvári mundus, nisi Christi morte,

n posset: & exémplo Dómini in hoc
ocarêtur credéntium fides, ut licet non
oortêret de beatitúdinis promissiónibus
ıbitári, intelligerêmus tamen inter ten-
tiónes hujus vitæ priùs nobis tolerán-
am postulandam esse, quàm glóriam.
Tu autem Dómine miserêre nobis.
℟. Deo grátias.
℟. Si ministrátio mortis, lítteris defor-
âta in lapídibus, fuit in glória; ita ut
on possent inténdere filij Israël in fa-
em Móysi propter glóriam vultus ejus,
uæ evacuâtur: * Multò magis ministrá-
o spíritus, quæ manet erit in glória.
℣. Ampliôris enim glóriæ Christus
æ Móyse dignus est hábitus, quantò
npliôrem honôrem habet domo, qui
bricâvit eam. Multò. Glória. Multò.

IN TERTIO NOCTURNO.

Antíphona. Thabor & Hermon in nó-
ine tuo exultábunt, tuum bráchium cum
oténtia.

PSALMUS 88.

Misericórdias Dómini * in ætérnum cantâbo.

In generatiônem & generatiônem * annuntiâbo veritâtem tuam in ore meo.

Quóniam dixísti: In ætérnum misericórdia ædificábitur in cælis: * præparábitur véritas tua in eis.

Dispósui testaméntum eléctis meis, jurávi David servo meo: * Usque in ætérnum præparâbo semen tuum.

Et ædificâbo in generatiônem & generatiônem * sedem tuam.

Confitebúntur cæli mirabília tua Dómine: * étenim veritatem tuam in ecclésia sanctôrum.

Quóniam quis in núbibus æquábitur Dómino: * similis Deo in filijs Dei?

Deus, qui glorificâtur in consilio sanctôrum: * magnus & terríbilis super omnes qui in circúitu ejus sunt.

Dómine Deus virtûtum, quis similis tibi? * potens es Dómine, & véritas tua in circúitu tuo.

Tu dominâris potestáti maris: * mo-
m autem fluctuum ejus tu mítigas.
Tu humiliásti sicut vulnerâtum, supér-
ım: * in bráchio virtûtis tuæ disper-
sti inimícos tuos.
Tui sunt cæli, & tua est terra, orbem
rræ & plenitúdinem ejus tu fundásti:
Aquilônem, & mare tu creásti.
Thabor & Hermon in nómine tuo
ultábunt: * tuum bráchium cum po-
ntia.
Firmêtur manus tua, & exaltêtur déx-
ra tua: * justítia & judícium præpa-
tio sedis tuæ.
Misericórdia & véritas præcédent faciem
am: * beâtus pópulus, qui scit jubila-
ônem.
Dómine, in lúmine vultus tui ambu-
bunt, & in nómine tuo exultábunt to-
ı die: * & in justítia tua exaltabúntur.
Quóniam glória virtûtis eôrum tu es:
& in beneplácito tuo exaltábitur cor-
ı nostrum.
Quia Dómini est assúmptio nostra: *
sancti Israël Regis nostri.
Tunc locûtus es in visiône sanctis tuis,
dixísti: * Pósui adjutórium in potén-

te: & exaltavi eléctum de plebe mea.

Invéni David servum meum: * óleo sancto meo unxi eum.

Manus enim mea auxiliábur ei: * & bráchium meum confortâbit eum.

Nihil proficiet inimîcus in eo, * & filius iniquitâtis non appônet nocêre ei.

Et concîdam à facie ipsîus inimícos ejus: * & odiéntes eum in fugam convértam.

Et véritas mea, & misericórdia mea cum ipso: * & in nómine meo axaltábitur cornu ejus.

Et ponam in mari manum ejus: * & in flumínibus déxteram ejus.

Ipse invocâbit me: Pater meus es tu: * Deus meus, & suscéptor salûtis meæ:

Et ego primogénitum ponam illum * excélsum præ régibus terræ.

In æternum servâbo illi misericórdiam meam: * & testaméntum meum fidêle ipsi.

Et ponam in sæculum sæculi semen ejus: * & thronum ejus sicut dies cæli.

Si autem derelíquerint filij ejus legem meam: * & in judícijs meis non ambuláverint:

i justítias meas profanáverint: * &
ıdâta mea non custodíerint:
'isitâbo in virga iniquitates eôrum: *
in verbéribus peccâta eôrum.
Iisericórdiam autem meam non dis-
gam ab eo: * neque nocêbo in ve-
te mea;
Ieque profanâbo testaméntum meum:
k quæ procédunt de lábijs meis, non
am írrita.
emel jurávi in sancto meo, si David
ıtiar: * semen ejus in ætérnum ma-
it.
Et thronus ejus sicut sol in conspéctu
), * & sicut luna perfecta in ætér-
n: & testis in cælo fidêlis.
'u verò repulísti & despexísti: * dis-
sti Christum tuum.
Evertísti testaméntum servi tui: * pro-
asti in terra sanctuárium ejus.
Destruxísti omnes sepes ejus: * po-
ıti firmaméntum ejus formídinem.
Diripuérumt eum omnes transeúntes
m: * factus est oppróbrium vicínis
s.
Exaltasti déxteram depriméntium eum:
ætificásti omnes inimícos ejus.

Avertísti adiutórium gládij ejus: *
non es auxiliâtus ei in bello.

Destruxísti eum ab emundatiône: *
sedem ejus in terram collisisti.

Minorásti dies témporis ejus: * p
fudísti eum confusiône.

Usquequò Dómine avértis in finem
exardéscet sicut ignis ira tua?

Memorâre quæ mea substántia: * nu
quid enim vanè constituísti omnes fil
hóminum?

Quis est homo, qui vivet & non v
dêbit mortem: * éruet ánimam suam
manu ínferi?

Ubi sunt misericórdiæ tuæ antíquæ D
mine, * sicut jurásti David in veritâ
tua?

Memor esto Dómine oppróbrij serv
rum tuôrum * (quod contínui in si
meo) multârum géntium.

Quod exprobravérunt inimíci tui D
mine. * quod exprobravérunt commut
tiônem Christi tui.

Benedíctus Dóminus in ætérnum:
fiat, fiat.

Glória Patri, & Fílio, &c.

Antíphona, Thabor & Hermon in n

ne tuo exultábunt, tuum bráchium cum
éntia.
Antíphona Lux orta est justo, & rec-
corde lætítia.

PSALMUS 96.

Dominus regnâvit, exúltet terra: *
éntur ínsulæ multæ,
Nubes & calîgo in circúitu ejus: * jus-
a & judícium corréctio sedis ejus.
gnis ante ipsum præcêdet, * & inflam-
bit in circúitu inimícos ejus.
llluxérunt fúlgura ejus orbi terræ: * vi-
& commôta est terra.
Montes sicut cera fluxérunt á facie Dó-
ni; * á facie Dómini omnis terra.
Annuntiavérunt cæli justìtiam ejus: *
vidérunt omnes pópuli glóriam ejus.
Confundántur omnes, qui adórant scrup-
a: * & qui glóriántur in simulachris suis.
Adorâte eum omnes Angeli ejus: * au-
it & lætâta est Sion.
Et exultaverunt filiæ Judæ: * propter
ícia tua Dómine:
Quóniam tu Dóminus altíssimus super

omnen terram: * nimis exaltátus es sup
omnes deos.

Qui dilígitis Dóminum, odîte malum
custôdit Dóminus ánimas sanctôrum, su
rum, de manu peccatôris liberâbit eo

Lux orta est justo, * & rectis cor
lætítia.

Lætámini justi in Dómino: * & co
fitémini memóriæ sanctificatiônis ejus.

Glória Patri, & Fílio, &c.

Antiphona. Lux orta est justo, & re
tis corde lætítia.

Antiphona. Confessiônem & decôre
índuit, amíctus lúmine sicut vestiménto.

PSALMUS 103.

Benedic ánima mea Dómino: * Dóm
ne Deus meus magnificâtus es veh
ménter.

Confessiônem & decôrem induísti:
amíctus lúmine sicut vestiménto:

Exténdens cælum sicut pellem: * qu
tegis aquis superiôra ejus.

Qui ponis nubem ascénsum tuum:
qui ámbulas super pennas ventôrum.

Qui facis ángelos tuos, spíritus: * & nistros tuos ignem uréntem.

Qui fundásti terram super stabilitâtem m: * non inclinábitur in sæculum culi.

Abyssus, sicut vestiméntum, amíctus s: * super montes stabunt aquæ.

Ab increpatiône tua fúgient: * á voce ítrui tui formidabunt.

Ascéndunt montes, & descéndunt. campi: n locum quem fundásti eis.

Términum posuísti, quem non transdiéntur: * neque converténtur operîre am.

Qui emíttis fontes in convállibus: * r médium móntium pertransibunt e.

otábunt omnes béstiæ agri: * expecnt ónagri in siti sua.

per ea vólucres cæli habitábunt: * médio petrârum dabunt voces,

igans montes de superióribus suis: * uctu óperum tuôrum satiábitur terra: odúcens fœnum juméntis, * & herbam túti hóminum:

edúcas panem de terra: * & vinum cet cor hóminis: *

Ut exhílaret faciem in óleo: * & pa
nis cor hóminis confirmet.

Saturabúntur ligna campi, & cedri L
bani, quas plantâvit: * illic pásseres nid
ficábunt.

Heródij domus dux est eôrum: * mon
tes excélsi cervis: pétra refugium her
náciis.

Fecit lunam in témpora: * sol cogno
vit occâsum suum.

Posuísti ténebras, & facta est nox:
in ipsa petransibunt omnes béstiæ siluæ.

Cátuli leônum rugiéntes, ut rápiant:
& quærant á Deo escam sibi.

Ortus est sol, & congregáti sunt:
& in cubílibus suis collocabúntur.

Exîvit homo ad opus suum: * & a
operatiônem suam usque ad vésperum.

Quám magnificâta sunt ópera tua Do
mine! * ómnia in sapiéntia fecísti: impl
ta est terra possessiône tua.

Hoc mare magnum, & spatiôsum má
nibus: * illic reptília, quorum non es
númerus.

Animália pusilla cum magnis: * illi
naves pertransibunt.

Draco iste, quem formásti ad illudén

ım ei: * ómnia á te exspéctant, ut
ıs illis escam in témpore.
Dante te illis, cólligent: * aperiénte
manum tuam, ómnia implebúntur
›nitâte.
Averténte autem te faciem, turbabún-
r: * áuferes spíritum eôrum, & defi-
ent, & in púlverem suum teverténtur.
Emíttes spíritum tuum, & creabúntur:
& renovâbis faciem terræ.
Sit glória Dómini in sæculum: * læta-
tur Dóminus in opéribus suis:
Qui réspicit terram, & facit eam tré-
ere: * qui tangit montes, & fúmigant.
Cantábo Dómino in vita mea: * psal-
m Deo meo quámdiu sum.
Jucúndum sit ei elóquium meum: *
go veró delectábor in Dómino.
Deficiant peccatóres à terra, & iníqui
a ut non sint: * bénedic ánima mea
ómino.
Glória Patri, et Fílio &c.
Antíphona. Confessiônem & decórem
duit, amíctus lúmine sicut vestiménto.
℣. Magna est glória ejus in salutári tuo.
℟. Gloriam & magnum decôrem impó-
s super eum. Pater noster, &c.

secrétó. ℣. Et ne nos indúcas in ten-
tatiônem.

℟. Sed líbera nos á malo.

Absolûtio. Avìnculis peccatôrum nos-
trôrum absólvat nos omnípotens, & mi-
séricors Dóminus. ℟. Amen.

℣. Jube domne benedícere.

Benedíctio. Evangélica léctio sit nobi-
salus, & protéctio. ℟. Amen

Léctio sancti Evangélij secúndún
Matthæum.

LECTIO VIJ. *Cap.* 17.

In illo témpore: Assumpsit Jesus Petrum
& Jacôbum & Joánem fratrém ejus, &
duxit illos in montem excélsum seórsum: &
transfigurâtus est ante eos. Et réliqua.

Homilìa sancti Joánis Chrysóstomi.
Homilia 57. in Matth. in initio

Quóniam multa de perículis, multa
de passiône sua, multa de morte & de

ı discipulôrum locûtus est Dúminus:
áspera complûra atque árdua eis injun-
& illa quidem in præsénti vita, &
imminébant, bona veró in spe &
ectatióne erant: út puta, quia seruá-
ánimam suam, si pérderent eam,
in glória Patris sui ventûrus sit,
præmia redditûrus: ut visu étiam cer-
es faceret, & osténderet quidnam sit
glória cum qua ventûrus est, quan-
cápere póterant in hac præsénti vita
osténdit, eámque détegit, ne aut sua,
Dómini morte dóleant, & máximé
us. Tu autem Dómine miserêre
is.
Deo grátias.
Vocâvit nos Deus vocatiône sua
ta, secúndùm grâtiam suam quæ mani-
ta est nunc: * Per illuminatiônem
atôris nostri Jesu Chisti.
Qui destrúxit mortem, illuminâ-
autem vitam in incorruptiônem. Per
inatiônem.
Jube domne benedícere.
nedíctio. Divínum auxílum máneat
er nobíscum. ℟. Amen.

LECTIO VIIJ.

Et vide quid agit, cúm de regno
de gehénna disseruërit. Nam in eo quo
dixit: Qui ínvenit ánimam suam, perd
eam; & quicùmque perdet eam grát
mei, invéniet ipsam: & in eo quod a
Reddet unicuîque secúndùm ópera su
& regnum & gehénnam designâvit. Cú
ígitur de utrísque disserúerit, regnu
quidem ut ôculis cernâtur, concêd
gehénnam autem mínimè: quóniam rudi
ribus arque ineptióribus illud nesesáriu
fuísset; sed cúm illi probi essent
perspicáces, satis fuit eos à melióri
confirmári. Hoc étiam multó magis ipsu
decébat: non tamen omníno illud pr
termísit, sed & aliquándo atrocitâte
gehénnæ quasi ante óculos propónit, v
luti cùm Lázari imâginem descrípsit,
ejus méminit, qui denarios centum repêti

Tu autem Dómine miserêre nob

℟. Deo grátias.

℟. Deus, qui fecit de ténebris lum
splendéscere, illúxit in córdibus nostr
* Ad illumînatiônem sciéntiæ claritâ
Dei in facie Jesu Christi.

℣. Exórtum est in ténebris lumen ectis corde, misericors & miserâtor, & ustus. Ad illuminatiônem. Glória Patri, Ad illuminatiônem.

℣. Jube domne benedícere.

Benedictio. Ad societâtem cívium su- pernôrum perdûcat nos Rex Angelôrum.

℟. Amen.

Pro sanctis martyribus Xysto, Felicis- simo, & Agapito.

LECTIO IX.

Xistus secùndus Atheniénsis, ex Phi- lósopho Christi discípulus, in persecu- tiône Valeriáni accusâtus quód públicè Chistum prædicâret, comprehénsus trahi- tur in templum Martis, propósita ei capi- táli pœna, nisi illi simuláchro sacrificâret. Qua, impietâte constantíssime recusata, cúm ad martyrium ducerêtur, occurrénti sancto Lauréntio, & dolénter in hunc modum interrogánti: Quó progréderis sine filio pater? quó Sacérdos sancte sine minis- tro próperas? Respóndit: Non ego te défero fili: majôra te manent pro Christi

fide certámina: post tríduum me sequê-
ris, Sacerdôtem Levîta: intéreá, si quid
in thesáuris habes, paupéribus distríbue.
Eódem ígitur die interfectus est unâ
cum Felicíssimo, & Agapíto diáconis,
Januário. Magno, Vicéntio & Stéphano
subdiáconis, & in cœmetério Callísti se-
púltus octávo Idus Augústi: céteri veró
in cœmetério Prærextáti. Sedit menses
úndecim, dies duodécim. Quo témpore
